

C O L L E G I V M

Illustriss^{mos} et Reu^{mos} DD. Prothonotariorum S^{mi} D.N. Papæ et S^{ta} Sedis Aplicæ de numero participantium Romanæ Curie

Venerabilibus Viris vni vel duobus ex Canonicis Ecclie Oxoniæ aut in ea Dignitates obtinentibus ac Officiali Oxoniæ et eorum cuiuslibet in solidum Salutem in Dño sempiternam. Quia hominum vite conditio cursum habet instabilem ne ea que per homines fiunt temporis diuturnitate vel memoria labilitate penitus deperirent utriusque iuris prudentia prævia ratione Notarios et Tabellionum per quos ea que geruntur documentis publicis quantum sunt humana fragilitas perpetuati donarentur officium adiuuenit. Cum itaque pro parte **D. NICOLAI DE FRIAS**. Laici Oxoniæ seu alterius Ciuit. vel Dioc. Nobis fuerit humiliter supplicatum ut eum in publicum et authenticum Notarium et Tabellionem ac Iudicem ordinarium cum solitis facultatibus aucte Aplica Nobis concessa. Creari et iustificare dignaremur. Nos igitur humiliter supplicationibus inclinati ex Indulto S^{mi} D.N. Papæ cuius in hac parte vices gerimus et aucte nri officij, ac de consensu, maturaque deliberatione Ill^{mos} et Reu^{mos} D. **CAMILLI GHINI**. Collegij nri Decani, nec non Petrill. et Reu^{mos} D. Ioannis Bernardini Urbani Frisoni I.V.D. et Collegij humiliter Secretarij et Clerici per Nos in generali nra Congregatione deputator. Discretionem vram et cuiuslibet vram de qua plenam in Dño habemus fiduciam per pntes committimus et mandamus ut si rigore examine prævio eundem **D. NICOLAVM** vita moribus practica literaturâ ceterisque partibus habilem et idoneum esse cognoueritis seu alter vram cognouerit super quo vram et cuiuslibet vram conscientiam oneramus ipsum **D. NICOLAVM** in Notarium et Tabellionem publicum ac Iudicem ordinarium aucte Aplica pta ordinatis, creatis, et institutis, ipsiusque per Penam et Calamariæ ac alia consueta insignia de dñis officijs inuestiat, seu alter vram inuestiat, ordinet creet et instituat, prout Nos in euentum ptiim harum serie creamus ordinamus et institui- mus ac inuestimus cum facultate per quascunq; Ciuitates, Oppida, Terras, Castra, Villas, et omnia alia totius Orbis Loca S.R.E. mediate et immediate subiecta ac per quascunq; Mundi partes, quoscunq; Contractus, distractus, conuentiones acta, actus iudiciarios et extraiudiciarios inter vivos et causa mortis, donationes, testaments, codicillos, et omnes alias vltimas voluntates ceteraque Instrumenta rogandi, recipiendi, scribendi, subscribendi et publicandi, ac in actis voluntariæ iurisdictionis auctes et decreta interponendi, omniq; alia et singula faciendi que ad officium publici Notarij et Tabellionis pertinere dignoscuntur, Instrumentis publicis per nos faciendis fectur firmiter credatur, plenariq; fides in iudicio et extra adhi- beatur. Volumus autem quod antiquam dñm **D. NICOLAVM**, de dñis officijs inuestiat, ipse in manibus vris seu alterius vram infrascriptum præfiet Iuramentum videlicet. Ego **NICOLAVS** sup^{er}ius post hanc horum fidelis et obe- diens ero **B. PETRO APOSTOLO** et **S.R.E.** ac **S^{mo} D.N. D. ALEXANDRO PP. VII.** Successoribusque suis Canonice intrantibus, non ero in consilio, auxilio, consensu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum seu capiantur mala captione, consilium quod mihi per se vel Lras, aut Nunciū manifestabunt ad eorum damnum me sciente nemini prestandam, si vero aliquid ad meam notitiam deuenire contingat quod ad periculum Romani Pontificis seu Romanæ Ecclie vergeret seu graue damnum illi immineret, illud pro posse meo impediam, nisi hoc impedire non potero, procuratio bona fide id ad notitiam S^{mi} D.N. Papæ perferri, Romanam et Regiam Sedem ac tam ipsius Ecclie specialiter si que in Ciuitate, Oppido vel Terra vnde oriundus sum eadem Ecclia habeat iuuabo et quantum in me erit contra omnes homines defendam Ill^{mos} et Reu^{mos} DD. meos Prothonotarios et Collegium ptes venerabor et eorum Præuilegia et Instituta seruabo, nec per dñmperam verbo vel facto pro vrbibus meis violari permittam, ac Tabellionatus officium fideliter exercebo, Contractus in quibus vnus vel plurim partium consensus requiritur fideliter faciam, nihil addendo vel minuendo quod facti substantiam mutet, Instrumentum non conficiam de aliquo contractu in quo sciam interuenire seu intercedere vram vel fraudem, Contractus in Protocollo redigam, et postquam sic redigero analitose non differam contra volunta- tem illorum quorum est Contractus, super eo conficere Instrumentum publicum, saluo meo iusto et consueto salario, et ita spondeo ac iuro. Sic me **DEVS** adiuuet et hæc S^{ta} eius Evangelia. In quorū omnium et singulorū fidem pntes Lras exinde fieri et per dñm Ill^{mos} et Reu^{mos} D. Camillum Ghinum Collegij Decanum, et Ioannem Bernardinum Urbanum Frisonum dñi Collegij Secretarium infrascriptum subscribi, Sigillisque nri quo in talibus vrimur, iusti- mus et securus appensione muniti. Datum Romæ in Cancellaria Aplica et Camera nri Archiuij, Anno a Natiuitate D.N. **IESV. Xpi** MDC LXVI. Indictione IV. Die vero Secunda Mensis Octobris. Pontus autem S^{mi} D.N. D. Alexandri PP. VII. Anno XII. Pntibus Ill^{mos} DD. Ioanne a Profundoruo et Iacobo Francisco Ruitio Clericis Leodiens Testibus ad præmissa omnia vocatis specialiter atq; rogatis.

C. Petro Ghini Dec. S

Ioannes Bernardus Frisonus S^{mi} D. N. D. Cl. S. S.

1666/10/20

